

1221

D O G M A T I C I.

1222

ficæ reformator et Abbas *Mellicensis* O. S. B. in *Austria* intra ann. 1420—24. ad tradendam in Coenobio suo Philosophiam, Theologiamque laudabiliter invitavit. Discimus hæc e *Mart. Kropffii Bibliotheca Mellic.* c. XI. a p. 166. ubi etiam *Codices Lecturam* nostram complexi memorantur. *Fol.* 100. p. 2. contra Necessitatem utriusque Speciei eucharisticæ fuscè differitur. Sed nempe multa humore corrupta evahuerunt, ut adeo præstet alter *Codex*. Ambit *Codicem* Membrana ingens *Literas Bonifacii P. M.* ad Episcopum *Patav.* ejus Vicarios, Præpositum Monasterii S. *Mariæ in Nuenberga Claustali* &c. continens, in quibus ad Altare sancti *Vdalrici* situm in Capella *Montis sanctæ Mariæ in Obrems* constitui videtur *Andreas* quidam; multa enim præfecta pleniorē cognitionem prohibent.

DXXIX.

U. 584
—93

Codicum Series chartacea Sec. XV. f. partim *Collegio Ducali*, partim *Domui B. V. Mariæ Rubeæ Rosæ* legatorum a celebri Theologo nostro *Nicolao de Dunkelshühl* et maximam partem Ejusdem *Commentaria in Librum IV. Sententiarum, Ascetica, et Sermones* complexorum. Insunt tamen etiam quaedam ejusdem argumenti *Henrici de Hassia, Joh. Gersonis, Joh. de Grütz, Joh. Nider, Henrici de Oyta, Rich. Armachani*, quin etiam *Caesarii Arelat. Bernardi, Anselmi, Ri-*

chardi de S. Victore, Gregorii M. Augustini, quæ, quoniam aut typis vulgata præstant, aut a me jam pluribus *Codicibus* indicata sunt, eo magis hic per saturam lancem referre visum est, quod Exemplaria nec ab antiquitate, nec ab elegantia manus adeo se commendant.

DXXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 465

Folior. 287. f. per duas columnas scriptus, et rubricis enotatus complectitur *M. Pauli Wann* Commentaria scholastica in *Librum III. et IV. Sententiar. Petri Lombardi*, et initium quidem prius est: *Jam nunc hijs intelligendis Hic magister ponit probationum in tertium et quartum librorum sententiarum, in quo ostendit horum librorum materias subiectales* &c. Alterum *fol.* 123. *Samaritanus. Hic est quartus liber sententiarum qui ad precedentes libros continuatur sic. Nam postquam in precedentibus libris* &c. Clausula miniata est: *Finitus est quartus liber sententiarum per Magistrum Paulum Wann de Kemnat* (Palatinat. super. civitate) *legendo in scholis theologorum collegij Ducalis vienne anno 1454. in die sancte Elizabeth.* Memini alias Viri, qui et in Academiam nostram beneficis extitit, ut habes in *Löcheri Speculo* p. 310. et inter Canonicos *Passavienses* deinceps adlectus urbem illam adolescentiæ meæ institutricem sacris Sermonibus excoluit, quorum Editiones in *Maitairii*